

HIERONYMI TREVTLERI  
*Jurisconsulti Selectarum Disputationum,*

Ad

IVS CIVILE  
IVSTINIANÆVM,  
QUINQVAGINTA LIBRIS  
PANCOTARVM COMPREHENSVM,  
Resolutiones absolutissimæ,

*Auctore*

HELFRICO VLTRICO HVNNIO, I.V.D.  
& in Academia Gießena Professore pu-  
blico ordinario.

CVM PRIVILEGIO CAESAREO  
ad sexennium.



*Auctor  
Hunnio*



*Damm  
Catholici*

FRANCOFVRTI,  
Apud Iohannem Iacobum Porcium.  
M DC XXIV,



# VOLVIVINIS PRIMI DISPVATIONIS PRIMÆ,

De

## IUSTIA ET IVRE,

### QVÆSTIO I.

I.	An ius devinctus à iura? fol. 3	XV.	Virum iurisprudencia proprie lo-
II.	An iustitia recte dicitur constans ac perpetua volit? 4	XVI.	quando sit scientia? 27
III.	An pro amico iudicari si ob iuris ignorantiam nobis constare iudici, pro vicinorum pro-	XVII.	Quam sint iuris precepta & quo-
IV.	An in definitione h. recte adda- tur Tribuer 11	XVIII.	modo ab invicem distinguantur? 30
V.	An Iustinianus posit & defi- niverit iustitiam? ibid.	XIX.	Quotplex sit ius? 32
VI.	An Iustinianus idem iusti- tiam definiat? ibid.	XX.	An ius publicum sit ex preceptis Na-
VII.	Ius quod à iustitia dicitur, quod nam sit? 12	XXI.	turalibus Gent. & Civil. collo-
VIII.	An ius nostrum iustitiam re- digi possit? 13	XXII.	clum? 33
IX.	An iurisprudencia ratione nra- tur? 14	XXIII.	Quomodo ius naturale sit immuta-
X.	An quicquid in iure, idem & bonum sit, ac v? 18	XXIV.	bile? 34
XI.	Quid sit equitas? 19	XXV.	Cum iuris necessaria & legitima de-
XII.	Virum equitas sit scripta & non scripta? 20	XXVI.	fensio? 36
XIII.	An equitas iuri iuris rigori sit praeferenda? 22	XXVII.	An pudicitiam liceat armis defende-
XIV.	Virum iurisprudencia de defi- nitione, quod iuris atque iustitiam iustitia iustitia iustitia atque iustitia? 26	XXVIII.	re cum interfectione adversarij? 39
			An in foro poli & conscientia defen-
			sio sit permittenda? ibid.
			An pro defensione terram liceat ad-
			versariam occidere? 41
			Virum personas necessarias aliquis
			tenatur adversus invasorem de-
			fendere, etiam cum nec adversa-
			ri, si aliter non possit illas personas
			defendere? 44
			Quomodo probanda sit defensio ne-
			cessaria? 45
			Quamam poena sit afficiendus, qui
			moderamen inculpata tutela ex-
			cedit? 47
			An matrimonium sit iuris natura-
			lis? 48

DE IUSTITIA ET IVRE THESIS I.  
DISPUTATIONIS PRIMÆ

De

IUSTITIA ET IVRE

THESIS PRIMA.

Resolutio.



IUSTITIA, quæ totius iuris nostri finis est vnicus & adæquatus, auctore Vlpiano, ius deriuatur *l. i. in pr. ff. de iust. & iur.* Quod etsi à multis in dubium reuocetur, mihi tamen verissimum videtur, cum testimonio tanti Icti, ipsiusq; Imperatoris Iustitiani, admodum perspicuo nitatur.

Qui in contrariam discedunt sententiam, mouentur potissimum autoritate Ciceronis, qui *lib. de LL.* iustitiam ait, esse obtemperatiouem scriptis legibus institutisq; populorum, vnde dicendum videtur, iustitiam esse posteriorem legibus ac iure, ac iustitiam potius à iure, quàm contrà, ius à iustitia, appellatam esse.

Cui accedit testimonium omnium Grammaticorum, statuentium iustitiam, origine verbi à iure appellatam esse. Ut nunc taceam alia fundamenta, tam ex iure, quam ex scriptis Philosophorum petita, quæ recensui & refutaui *lib. i. tract. i. q. 8. variar. resol. iur. civil.*

Mihi sententia Autoris nostri, quæ etiam communis est, circa propositam controuersiam perplacet, quòd nempe distinguendum sit inter ius constitutum, siue id quod semper æquum & bonum est, & inter ius, quod artem iuris seu iurisprudentiam denotat, ita vt priorimodo ius acceptum, non iustitia deriuetur, sed à iubendo, vt cuius potestas sit præcipere ea & iubere, quæ Reipub. aut priuatum sunt utilia: Idque vel verbis absolutè imperando, aut relate, vt vetando, permittendo, vel rebus & exemplis, vt puniendo *l. i. ff. de ll.*

Non obstante eo, quòd hæc notatio non sit conuertibilis cù suo notato, cum multa sint iussa priuata, quæ minimè vim iuris obtineant, cuiusmodi sunt iussa parentum, dominorum, præceptorum, &c.

Nam non est hoc bonæ notationis requisitum necessarium, vt sit cum suo notato conuertibilis, prout arguit notatio testamenti proposita in *pr. Instit. de testam. orden.* Itemque notatio mutui, proposita in *prin. Instit. quib. mod. re contrah. oblig.*

Quòd autem ius potius dictum est à iubendo, licet alia plura sint iussa, eius hanc rationem reddit Donellus, quòd nempe ius, per excellentiam, iussi nomen mereatur, cum in eo præter cætera præcipua sit & efficax, cum iubentis potestas, tum iussus autoritas. Posteriore modo ius acceptum, quo scilicet artem iuris, seu iurisprudentiam significat, rectè dicitur descendere à iustitia, & hac posterius esse, id quod Guacius hoc argumento probat: *Omnis, inquit, ars posterior est eo, quod arte illa continetur.* Iam vetò arte iuris, seu arte æqui & boni continetur iustitia. Ergo ius, quatenus artem significat, posterius est iustitia.

Atque hoc ipsum voluisse Vlpianum in *l. l.* colligitur ex ipso legis contextu: cum enim Iurisconsultus dixisset: iuri hoc est præceptis iuris, operam daturum nosse oportere, vnde nomen iuris descendat, in continenti subiicit. Ius à iustitia descendere, huicque iterum è vestigio subiungit: Ius esse artem æqui & boni, vt ita & antecedentia & consequentia liquidò ostendant, per ius eo in loco Vlpianum intellexisse artem iuris.

lit. A.  
uarst. l.  
in ius deri-  
uentur à Iu-  
sticia?

§. vii. maior. ff. locat. non agitur de contractu innominato, ex quo patet per verbum nascitur actio, sed de locatione conductione paritaria, unde locati conductione actio proficiscitur.

## RESOLVTIO THESIS

Duodecima.

**D**E actione in factum præscriptis verbis hætenus dictum est, subiicitur nunc actio in factum in specie sic dicta, quæ ex sententia nostri Authoris duplex est: civilis & prætoriam: civilem eam appellat,

quæ circa conventionem alicui legi ex mente & interpretatione ipsius accommodatur. l. ii. ff. hacten. quam & utilem appellari supra suo loco demonstrauimus, & Iustinianus noster aperte testatur in §. vlt. Inst. de L. Aquil. Actio vero prætoriam in factum eam dicunt, quæ mente & sententia legis et stante à prætore vel adiuvandò vel supplendì iuris civilis gratia comparatur. l. ii. ff. de præscript. verb. Actioque absolute in factum eam dicitur. d. §. fin. Inst. de L. Aquil.

*Finis huius voluminis prioris*

